*Amplissimo Viro,*
WILHELMO BONTIO, I. C.
Reip. Leydensis
PRÆTORI
summo.

*DIgnitas tua, Vir amplissime, qua in Urbium ocello cum singulari integritate defungeris, & benevolentia, qua me non semel es complexus, & eruditio, qua historiam pene omnem, & præcipue hanc nostram penetrasti, hunc hominem impulere, ut Apologiam hanc, Amplissimi nominis tui præsidio usurpato, ad te ablegaret. Argumentum est nec magnitudine tua, nec judicio indignum. Non ingratum certe futurum tibi, opinor, qui in res patriæ, præsertim horum temporum, propius semper inquiris. Quod tanto magis laudandum est, quanto plus habet utilitatis. Cape igitur, Vir summe, hoc observantiæ monumentum ab eo, qui vivit*

Amplissimo nomini tuo
æternum devotus

M. ZVERIVS BOXHORN.